Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26978
Copyright: Admont, Benediktinerstift

114

tempestate aque. & cessauit. Lo facta est tranquillitas magna.
Dixit autem illis. Vbi est fides vra. Qui timentes. mirati sunt ad inuicem
dicentes. Qis putas hic est. Quia venti impat & mari. & obedi
unt ei. Pro defunctis. Et lib Machabeorum. In diebus illis.
Vir fortissimus iudas collatione facta duodecim milia
dragmas argenti misit ierosolima offerre ea ibi pro pec
catis mortuorum. iuste & religiose de resurrectione cogitans.
Si enim eos qui ceciderant resurrecturos sperare superfluum iudicaret
& uanum orare pro mortuis. Si quia considerabat quod hi qui cum pie
tate dormitionem acceperant optima haberent repositam
gratiam. sancta & salubris cogitatio pro defunctis exorare. ut
a peccatis soluerentur. Sci Iohis. In illo tpore.
Dixit Martha ad Iesum. Domine si fuisses hic. frater meus non fuisset mor
tuus. Sed & nunc scio. quia quicquid poposceris a deo. dabit tibi ds.
Dicit illi Iesus. Resurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio quia resur
get in resurrectione. in nouissimo die. Dixit ei Iesus. Ego sum
resurrectio & uita. Qui credit in me. etsi mortuus fuerit uiuet. Et omis qui uiuit & credit in me. non morietur in eternum.
Credis hoc. dicit illi. Vtique domine. Ego credidi. quia tues xpus
filius dei. qui in hunc mundum uenisti. Et epistola. Pa
Fratres. Nolumus uos ignorare de dormi Ad Thesal.
entibus. ut non contristemini. sicut & ceteri qui spem non habent. Si enim
credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit. ita & ds eos qui
dormierunt per ihm adducet cum eo. Hoc enim uobis dicimus in
uerbo domini. quia nos qui uiuimus. qui residui sumus. in aduentu
domini non preuenemus eos qui dormierunt. quoniam ipse dns [illegible] in